Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ideo vere est id quod est. et est pulcherrimus fortissimusque, quia nullo
nititur. Rursus iustus quod est qualitas ita dicitur, quasi ip
se hoc sit de quo praedicatur. Id est si dicamus homo iustus
vel deus iustus, ipsum hominem vel deum iustos esse proponimus. Sed dif
fert quod homo alter, alter est iustus. Deus vero idem ipsum est quod iustum
est. Magnus etiam homo vel deus dicitur, atque ita quasi ipse homo sit mag
nus vel deus magnus. Sed homo tantum magnus. Deus vero ipsum mag
Reliqua vero neque de deo ·VII· nus existit.
(interlinear: scilicet substantialiter)
neque de ceteris praedicantur. Cum enim dico in foro est VII.
vel ubique, refertur quidem ad praedicamentum quod est ubi, sed non
quasi aliquid est, velut iustitia iustus. Item cum dico currit
vel regit vel nunc est vel semper est, refertur quidem ad facere vel ad tempus,
si tamen interim divinum illud semper tempus dici potest, sed non quasi
aliquo aliquid est, velut magnitudine magnum. Nam ubi de ho
mine vel de deo praedicari potest. De homine ut in foro, de
deo ut ubique. Sed ita ut non quasi ipsa sit res id quod praedi
catur de quo dicitur. Non enim ita homo dicitur esse in foro quemad
modum esse albus vel longus. Nec quasi circumfusus et determina
tus proprietate aliqua qua designari secundum se possit, sed tan
tum quo sit illud aliis informatum rebus, per hanc praedicationem
ostenditur. De deo vero non ita. Nam quod ubique est ita dici videtur, non
quod in omni loco sit. Omnino enim in loco esse non potest. Sed quod ei
omnis locus adsit ad eum capiendum, cum ipse non suscipiatur in
loco. Atque ideo nusquam esse in loco dicitur, quoniam ubique est, sed non in
loco. Quando vero eodem praedicatur modo, ut de homine heri ve
nit, de deo semper est. Hic quoque non quasi esse dicitur illud ipsum de quo
hesternus dicitur adventus, sed quod ei secundum tempus accesserit prae
(interlinear: i. perpetuitatem quandam hanc)
dicatur. Quod vero de deo dicitur semper est, unum quidem significat,
quasi omni praeterito fuerit, omni quocumque modo sit praesenti est, omni
futuro erit. At de deo non est ita. Semper enim est, quo semper praesen
tis est in eo temporis. Tantumque inter nostrarum rerum praesens quod
est nunc, inter est ac divinarum, quod nunc nostrum quasi currens